

99
Q. D. B. V.

ANNVM CLIMACTERICVM
MAGNVM.

COELESTI BENEFICIO
SVPERATVM,

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

WILHELMO
ERNESTO,

Weimar.

DVCI SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MON-
TIVM, ANGARIÆ ET VVESTPHALIÆ, LANDGRAVIO
THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRIN-
CIPALI DIGNITATE HENNEBERGICO, COMITI

MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ
RAVENSTEINIÆ,

PRINCIPI REGENTI AC PATRI PATRIÆ
CLEMENTISSIMO,

ALIQVOT ALVMNI ET BENEFICIARII

IN ILL. GYMNASIO

WILHELMO-ERNESTINO

HORA II POMERID. D. XXXI OCTOBR. CIO IDCC XV

GRATVLATVRI,

PER-ILLVSTRES AC GENEROSISSIMOS AVLÆ PROCE-
RES, DVCALES CONSILIARIOS, SANCTIORIS SENATVS ADSESSO-
RES, SVMMÆ REVERENDI MINISTERII COLLEGAS, PATRO-
NOS, GYMNASIARCHAS, FAVTORES, AMICOS,

OMNESQVE LIBERALIVM ARTIVM ÆSTIMATORES,

DEMISSE OFFICIOSEQVE INVITARI CVRANT

PER

M. JO. CHRISTOPH. KIESEWETTERVM,
RECTOREM.

VINARIÆ, LITTERIS MUMBACHIANIS.

105

J.

Annū folleter in cœtu mortalium
 jam multis retro sæculis cœperunt designari,
 quibus ita adstringere se ac devincire volebant veteres,
 ut inde nec dignitatis & reverentiæ,
 nec calus infesti vanum capi augurium
 sibi persuaderent.

Idem diebus, quod annis, omen accessit,
 fusa per gentes superstitione,
 an consilio domesticisque quasi exemplis firmatum?
 quum periniquum ac non ferendum existimaretur,
 superiorum auctoritatem repudiare,
 vel certe resistere contumaciter.

Ac dies quidem illi,
 qui erant postridie Kalendas, Nonas atque Idus,
 quos vulgus imperite dixit nefastos,
 atro omnes carbone notari consueverunt.

Nec poeta
 intacti plane erant superstitione mentis,
 quin faustos ab infastis quibusque diebus
 rite discernendos ac dignoscendos statuerent:
 in iisque poetarum facile princeps, Virgilius,
 dignus vel ipsi Plinio habitus est,
 quem liberius reprehenderet,

quæque in numeris Lunæ digerenda putavit,
 Democriti secutus ostentationem, improbare.

Ad ipsos vero annos quod attinet,
 qui scævi ominis speciem præbere videntur,
 vix alius præ climacterico illo magno,
 qui tertius nuncupatur & sexagesimus,
 tristioris fortunæ incursum recipere creditur.

Qui mediam insistant viam,
 facile ubique locorum inveniunt,
 in quo pedes inoffensos promoveant:
 est medium

jam occupans locum inter ^{αὐτῶν} primum,
 qui quadragesimus nonus audit,
 & ultimum, ante unum & octogesimum annum,
 hic ipse sexagesimus tertius,
 ex utroque illo permixtus,
 nullam portendere necessitatem agritudinis dicitur;

sed efficere potius,
 ut neque sine cura quiescere quisquam,
 nec spirare sine omni metu queat.

Ex certa aptaque numerorum combinatione hauritur,
 quidquid haberi solet
 pro ratione secreta, & involuta altitudine mysterii,

ut divinando deinceps
(siquis divinationis illius locus est)
futurarum rerum prædictiones & præsentiones capiantur.

Magnas igitur Gellius
septenarii numeri virtutes potestatesque
longo ordine. c. M. Varrone docet,
septentriones majores minoresque,
quos numerus ille facit in cælo, commemorans:
tum & vergilias, quas *πλειάδας* vocant;
immo stellas, quas alii erraticas,
errones alii cum P. Nigidio adpellandas censent.
Quid? quod circuli in cælo
circum longitudinem axis septem esse dicuntur,
quorum duo minimi, qui axem extremum tangant,
πύλας insigniantur nomine:
in sphaera vero, quæ *σφαῖρα* vocetur,
propter brevitate desint.

Neque ipsum Zodiacum septenario carere numero:
ac in septimo quidem signo a bruma fieri solstitium;
in septimo brumam a solstitio;
in septimo æquinoctium ab æquinoctio;
ac dies nenique illos,

quibus halcyones hieme anni in aqua nidulentur,
septenarium complecti numerum.

Mox subjicit, pericula vitæ fortunarumque hominum,
quæ climacteras Chaldæi adpellent,
gravissima quæque fieri septenariis:
discrimina etiam periculorum in morbis
majore vi in diebus fieri,

qui conficiantur e numero septenarii,
eosque dies omnium maxime, ita ut medici adpellant,
primam hebdomadam, & secundam, & tertiam,

Ut mittamus reliqua, quæ numero isti, tanquam frigidiuscula, adscripta legimus.

Quæ vis interim & facultas septenario,
eadem novenario, veluti per scalarum gradus collecto,

ut duobus climactericorum generibus,

ut tempus vere climactericum,

hoc est, periculosissimum maximeque perniciosum,
aperit & significantius exprimitur.

Quem climactericum annum
gradarium & scanilem Jul. Firmicus existimat nuncupandum,

propterea quod a septimo incipiens,
vitam hominis quasi per gradus quosdam agat.

Et ceteros quidem annos criticos & scaniles

ex imparibus numeris, sed e'usdem generis,
inque illis quadragessimum nonum ex septies septem,
octuagesimumque primum ex novies novem,
solum sexagesimum tertium,
ex utroque genere τῶν κλιμακτηρίων,
septenario & novenario,
adeoque ex duabus diversi generis imparibus,
& hunc ipsum climactericum magnum & imparem,
ex novies septem, & ex septies novem
conflatos esse animadvertimus.

Inde etiam multiplici experientia firmatum a Gellio traditur,
hunc sexagesimum tertium vitæ annum
cum periculo & clade aliqua venire
aut corporis morbique gravioris,
aut vitæ interitus,
aut animi agritudinis.

Eandem amplecti divus Augustus sententiam cœpit,
& in epistola, ad Cajum nepotem scripta, tueri,
quidquid de numeris istis decretoriis ac maleficis,
quos medici ἐκβάτες χροίσιμος putant,
vulgariter adseverari solet.

*Have, mi Cajus, scribit, ocellus jucundissimus,
quem semper medius fidius desidero, quum a me abes:
sed præcipue diebus talibus, qualis est hodiernus,
oculi mei requirunt meum. Cajum:
quem, ubicunque hoc die fuisti, spero lætum & benevolentem
celebrasse, quartum & sexagesimum natalem meum:
nam, ut vides, κλιμακτηρίῳ communem seniorum omnium,
tertium & sexagesimum annum evasimus.*

Tantam septenis hæc annis & novenis,
quos hebdomadicos vocare licet & enneaticos,
vim inesse & efficaciam, omnis pæne credidit antiquitas,
ut isto argumento moti præter ceteros Ægyptii Androden,
Græci Androclum adpellare voluerint,
persuasi, ab herbæ cujusdam specie, cui nomen Andraclon,

fatis firmam probandi vim defumi,
eaque uti homines properâ morte eripiat;
sic annus iste climactericus magnus
omnem vitæ substantiam frangât atque debilitet.

Plane idem numerorum mysterium,
& tanta quidem confidentia, comminiscuntur Pythagoræi,
ut non solum per suam τετρακτὴν, quaternionem, jurare,
sed hunc numerum, quasi ad perfectionem animæ pertinentem,inter arcana venerari voluerint.

Ac nequid temere dictum videatur,
adscito Hieroclis testimonio confirmatum est:
quæcunque existant in universitate rerum,

quater-

quaternario ubique colligari:
 in elementis, in numeris, in anni tempestatibus,
 ac denique in ætatum contuberniis:
 neque dici quidquam posse,
 quod a quaternario, veluti radice ac principio,
 non dependeat.
 Immo & ipse Pythagoras vel ideo dicitur
 exactissimam numerorum scientiam tanti fecisse,
 quod non aliunde summi boni cognitionem arcescere,
 quam ex ipsis numerorum mysteriis, voluerit.
 Alii contra
 miras numerorum inter se variasque proprietates & analogias,
 feriem non fortuitam, sed aptissime distributam,
 nec discrimina
 sed usibus pæne infinitis accommodata,
 sine omni tamen
 representant.
 Taceo, in rerum naturalium contemplatione
 tam manifestas sæpe effectuum & eventorum rationes suppetere,
 ut mysteriorum omnis interpretatio per numeros,
 jure pro indoctorum asylo haberi possit ac debeat.
 Omnia Galenus,
 quæ quis de numerorum virtute nugetur,
 tam absurda esse deprehenderit,
 ut mirari se palam profiteretur,
 Pythagoram, sapientem virum, & alta quadam mente præditum,
 tantum illis statuisse pretium.
 Nec est, quod cogitemus,
 ex coagmentatione concinne digestorum numerorum,
 quos dicunt Platonicos,
 Rerumpublicarum mutationes ac conversiones,
 veluti aliquo instinctu instatuque divino, prænunciari.
 Etenim si divina prudentia intelligimus
 consuetam ac firmatam esse terrarum imperia;
 & nihil humanis actionibus, moribus, consiliis,
 mobilibus haberi atque inconstantius in omni vita:
 prætereaque Rerumpublicarum mutationes fieri
 modo per seditionem,
 modo per dolos callidave consilia,
 modo per injustitiam, luxuriam, superbiam, tyrannidem,
 modo per deditioem, aut imperantium indulgentiam,
 & id genus alia:
 tum vero numeris, tanquam interiori causa,
 tantarum rerum periodi,
 centenariae aliæ, aliæ quinquagenariae,
 & siquæ erunt aliæ,
 unde vel incrementa capiant Respublica,
 vel vergant in deterius,

vel plane intercédant,
 ne probabili quidem ratione adscribi possunt.
 Est enim vero
 licet ex ista numerorum combinatione
 sapissime res vanissimæ futilitatis plenæ eruantur;
 non omnis tamen nobis illorum negligenda est ratio penitus,
 luculento cum primis sacrarum litterarum testimonio nixis,
 quæ, siquid in supremi Numinis laudem dici potest,
 hoc sempiternæ memoriæ commendata volunt
 omnia mensura, numero & pondere disponi divinitus.
 Ita & maximis semper ingenis,
 de sententia inuicti doctoris Ecclesiæ, Augustini,
 septenarius numerus maximam admirationem movit,
 quoties secreta mentis æstimatione pensitabant,
 totum quidem imparem numerum esse primum ternarium,
 sed totum parem quaternarium,
 ex quibus duobus postmodum confurgeret septenarius.
 Quem Cicero etiam pronunciat omnium rerum nodum,
 professus, gemina vi vincendi
 ambas partes ejus vincula prima esse sortitas,
 ternarium cum una medietate, quaternarium cum duabus,
 atque adeo numerum, qui ex pari confurgat atque impari,
 pro perfecto demum haberi.
 At nesciri tamen Seneca censet,
 quare septimus quisque annus ætati signum imprimat?
 forte ut septimo quoque anno mutationem homo subeat,
 & signum ætatis imprimatur nova quadam nomenclatura:
 nempe, ut ad primum septenarium infans, ad alterum puer,
 ad tertium adolescens, ad quartum juvenis,
 ad quintum vir, ad sextum maturus vel gravis,
 ad septimum denique senex & decrepitus referri videatur.
 Contra sciri fatales imperiorum periodos ex numeris,
 tanta adseritur a nonnullis confidentia,
 quanta creditur esse efficacia,
 quam, vana persuasione decepti, illis tribuere volunt.
 Sic domui Austriacæ & regibus Bohemicis,
 fataliter infestos existimari
 annos sextos sæculorum æræ Christiana,
 adeoque millesimum quingentesimum sextum,
 vigesimumque sextum supra millesimum sexcentessimum:
 Pontifices Romanos plerunque tot annos sedere,
 quot numeros nomen ab illis in electione adsumtum contineat:
 ac climactericos septenarios
 Saxoniam ducibus subinde aliquid memorabile attulisse,
 litterarum monumentis proditum legimus.
 Sed nostrum nunc non est,
 percensendis dijudicandisque illis observationibus occupari admodum,
 quum dies ille exoptatissimus,

quo lata auspiciousissimi Natalis celebratio,
grataque superati anni climacterici magni prædicatione
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DN. WILHELMI ERNESTI,
DUCIS SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ AC MONTIVM,
ITEMQVE ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ;
LANDGRAVII THVRINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ,
COMITIS PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICI,
COMITIS MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DYNASTÆ RAVENSTEINI, *1799*
1799 **PRINCIPIS REGENTIS ET PATRIS PATRIÆ**
LONGE CLEMENTISSIMI,

ad unum omnibus regeritur in memoriam,
nos potius jubeat esse ad obsequendum promptissimos.

Tantum præstare cogimur tanti PRINCIPIS causa,
quantum viribus consequi possumus,
ut voluntates nostras ad publicam quasi causam adregemus.

Neque etiam nobis hodie res tam erit ulla propolita,
quam ut vehementius de SERENITATIS IPSIVS incolumitate,
deque immortalibus in Gymnasium suum meritis latemur.

Veteri igitur exemplo & instituto,
ut incorruptæ sanitatis beneficium satis digne æstimeretur,
in solemnium votorum nostrorum ordine
primum locum tribuimus mentis corporisque valetudini,
qua usus adhuc est prosperrima

PRINCEPS ET PATER PATRIÆ CLEMENTISSIMVS.

Quæ enim Trajani Imperatoris propria quondam videbantur,
ea omnia pleno jam ore optamus pro *1799* **ILLIVS** salute,
qui tam strenue pro nostra excubat.

Non distingimus cœlesti Numen votis:

non pacem, non concordiam, non securitatem,
non opes oramus solum, non honores;

sed simplex, cunctaque ista complexum unum omnium votum est,
SALVS PRINCIPIS.

Proinde nos cives
SERENITATIS IPSIVS,

nos **IPSIVS** salutis ac perennitati devota pectora,
immortalem **DEVM**
non desinentibus votis oramus,

ut **PRINCIPEM NOSTRVM** vere pium & felicem,
stemmatis quidem illustrissimi,

sed ornamentis animi longe illustriorem,

extra ætatis quasi finem procurrere,

& bonos quosque tam auspiciati natalis
numerationem observationemque

festis semper celebritate peragere dignetur.

Qui Gymnasio **ILLIVS** adscripti sunt,
nihil adscendant, præter obsequii gloriæ,

iden-

identidem precati una voce ac mente,
at diutissime relinquitur celesti munere superstes,
CVIVS avum nondum satis longum
ad meritum gloriæ peractum videtur.

Interim

quæ reliqua solemnitate nostræ pars superest,
eam sex liberalium artium Cultores
persequendam sibi sument.

Primo igitur in medium procedet
excellentissimi JCI & Consilarii ducalis
filius optimæ spei,

I. GE. FRANC. FRID. HELMERSHVSIVS,

Vinariensis,

breviter dicturus: *salutem populi solidissimam regibus parere gloriam.*

Quem deinde sequentur,

II. JO. NICOL. HALBAVER,

Rastenburgensis,

Principem imperio maximum, exemplo majorem sistens,

simulque SERENISSIMO PRINCIPI NOSTRO AC PATRI PATRIÆ CLE-
MENTISSIMO

de Natali gratulaturus subjectissime.

III. AVGVST. SIGISMVND. ZOCHMANN,

Beslebiensis,

*gratam scholasticorum beneficiorum recordationem proponens,
cum annexa suo suorumque commilitonum nomine, valedictoria
& gratiarum actoria oratione*

pro munificentiæ liberalis mensæ

NVTRITORIS NOSTRI CLEMENTISSIMI,

IV. BERNH. SEBAST. GROSSE,

Vinariensis,

demonstrans: *nihil esse in omni vita prius consilio.*

V. JO. PETRVS HOFFMANN,

Västadiensis,

docens: *pleraque ingenia cum fortuna mutare fidem.*

VI. SALOM. GÖTTL. SCHORCHT,

Bobeccensis,

nihil committendum, ostensurus, ut aliquando dicendum sit: non putaram.

VOS igitur, Patroni & Mæcenates, omni observantiæ cultu prosequendi,

Fautores & Amici, multis nominibus honorandi,

pro eo ac meremini,

anniversariique temporis ratio postulat,

rogamus & obsecramus,

ut orationibus hisce scholasticis,

quanta maxima fieri potuit, brevitate adornatis,

benevolas præbere aures,

nostramque panegyrim vestra & auctoritate & præsentia,

non tam illustrare, quam exhilarare haud gravemini.

PP. Vinariæ, d. xxx. Octobr. MDCCCXXV.



Q. D. B. V.

ANNVM CLIMACTERICVM MAGNVM,

COELESTI BENEFICIO SVPERATVM,

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

WILHELMO ERNESTO,

Weimar

Æ, IVLIACI, CLIVIÆ, MON-
ET VVESTPHALIÆ, LANDGRAVIO
ARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRIN-
CATE HENNEBERGICO, COMITI
RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ
RAVENSTEINII,

GENTI AC PATRI PATRIÆ
EMENTISSIMO,

VMNI ET BENEFICIARII
IN ILL. GYMNASIO

MO - ERNESTINO

RID. D. XXXI OCTOBR. CIO IOCC XXV

GRATVLATVRI,

GENEROSISSIMOS AVLÆ PROCE-
LIARIOS, SANCTIORIS SENATVS ADSESSO-
RENDI MINISTERII COLLEGAS, PATRO-
ASIARCHAS, FAVTORES, AMICOS,

ERALIVM ARTIVM ÆSTIMATORES,

OFFICIOSEQVE INVITARI CVRANT
PER

TOPH. KIESEWETTERVM,
RECTOREM.

LITTERIS MVMBACHIANIS.

100

